

35. 34 an 101 4121

CVpIDo
sVaVISOmNs

Per

Veneris thorum,
Charitum chorum,
Themidis forum,

NUPTIAS

Spectatissimi VIRI

PAVLI RIEHELIS

In Republ. Ortrantiensi Anti-
grammatici
SPONSI,

&
Lectissima, pudicissimaq; Virginis

REGINÆ,

Prudentissimi VIRI GREGORII BAC-
CHII, apud Wurcenates Senatoris & Phar-
macopolæ peritis. relictae filiae
SPONSÆ,

representans,
VISUS,
ENODATUS,

A
CHRISTIANO DÖRINGIO DRES-
DENSI, Sponsæ amitino.

σὺν Θεῷ
ἀναγραμματιζόμενοι

PAULUS RIEHEL. REGINABACHIA.
VAH!URIS,PELLE.ENCIBA,AH RIGA.

Conjunctim:

HERUS, HERA,
JUGAL' IN PACE LIBA.



Nox Cypridi suavis
 Jam legerat soporem,
 Lactarium soporem,
 Lactarijs ab herbis,
 Mellifluis ab herbis,
 Herbis papaveratis,
 Florentibus sub antro,
 Fores & ante, SOMNI,
 Mitissimi Deorum,
 Deiq; somniorum,
 Et dulciter per artus
 Gaudentium, per artus
 Dolentium, per artus
 Amantium, per omne,
 Hunc sparserat soporem,
 Hunc blandulum soporem,
 Nox Cypridi suavis.
 Tunc & sopore tali
 Artus mei sepulci
 Hac mira somniabant:
 Domo mei parentis
 Proh! rivulus fluebat,
 Cum stridulo susarro
 Quem Bacchus exprimebat,
 Cum brachio tenello
 Quem Nympha percolebat,

Cupidinisq; celo
 Quem Cypris excubabat.
 Hunc rivulum videbam,
 Hos calites videbam,
 Mirabar & liquorem,
 Mirabar & Deorum
 Praesentiam, Deorum
 Praestantiam, Deorum
 Industriam, Deiq;
 Industriam, Deaq;
 Industriam, sedebat
 Cujus sinu venusto
 Venustulus Cupido,
 Tenellulus Cupido,
 Acutulus Cupido,
 Volatilis Cupido,
 Volatili ve cultro,
 Acutulove cultro,
 Tenellulove cultro,
 Venustulove cultro,
 Sculpebat hic sagittas,
 Venustulas sagittas,
 Tenellulas sagittas,
 Acutulas sagittas,
 Volatiles sagittas,
 Volatiles, acutas,

*Acutulas, volucres,
Tenellulas, venustas,
Venustulas, tenellas
Sculpebat hic sagittas.
Simulq; matre blandas
Facetias trahebat,
Sagittulisq; saepe
Papillulas movebat,
Labellulisq; saepe
Labella comprimebat,
Cachinnulisq; saepe
Os matris excitabat,
Ut falleret subinde
Lasciviendo tempus,
Et pelleret subinde
Deleniendo motus,
Motus laboriosos.*

*At inter hos labores,
Ac inter hos favores,
Inter facetiasq;
Interq; motiones,
Inter lubentiasq;
Interq; pressiones,
Et inter hos cachinnos,
Et excitationes,
En, tiro clam venibat,
Tiro virilis ævi,
Formaq; luculentâ,
Capillulos habebat
Nigrosq; crispulosq;
Frontemq; possidebat
Latamq; lacteamq;*

*Quâ lacteum gerebat
Divortium nigrantis
Supercilli, nivales
Cui palpebrae cillisq;
Nigrantibus lepore
Erant subordinatae;
Queis palpebris vicissim
Amabiles ocelli,
In orbe nigricantes,
Extraq; candicantes,
Per cuncta fulgurantes,
Erant subordinati;
Quos nasus & vicissim
Discriminabat apte,
Nasus colore cygnus,
Eburneusq; nasus;
Labella cui vicissim
Erant subordinata,
Labella ritè tecta
Cum barbulâ nigellâ,
Labella ritè mixta
Cum purpurea cruore
Coralliûmq; more;
Labella quæ vicissim
Cum barbulâ nigellâ
Mentum subordinabant,
Mentum labri decorum;
Decore quod vicissim
Molles genas tenebat,
Genas utraq; parte
Utrâq; purpurantes,
Genas utraq; parte*

Utrâq;

Utrasq; candidantes;
Queis candidans vicissim
Collum, velut columna,
Erat subordinatum,
Collumq; marmoratum;
Quod fortiter vicissim
In corporis stat armo,
Quem vestis obtegebat,
Totumq; vestiebat,
Ritu novem sorores
Colentis, in Themista
Castrisq; militantis.
Hic tiro clam venibat
Lassus via Libetri,
Per januaq; rimas
Lustrabat huc & illuc,
An forsitan quieti
Ibi locus daretur?
Lustratione tali
Optata se ferebant
Huic obviam, videbat
Dum rivulum, Lyæum,
Quo rivulus fluebat,
Nymphamq; dum videbat,
Qua rivulum colebat,
Nympham negotiosam,
Nymphamq; curiosam,
Quam Cypris ipsa finxit,
Pygmallionq; sculpsit.
Quam Gratia venustant,
Sit crinis ut Diana,
Ac frons sit ut Diones,

Duoq; sint ocelli
Velut duæ pyropi,
Sicut rosaq; rubra
In lacte dissipata,
Sic sint genæ pudoris
Rubri colore pictæ,
Succove purpurissi
Humectæ sint labella,
Oloris instar albi
Erectæ sintq; colla.
Puto sed albiora,
Putoq; pulciora,
Putoq; suaviora,
Quæ veste sub latebant,
Quæ Gratia venustant,
Quæ Nympha fortè norat,
Quam tunc sagittularum
Lascivulus Cupido
Vexatione casim
Punctimq; vellicabat,
Ut luderet Lyæo,
Qui cuncta commovebat
Quassata membrarisu,
Quod matre gestiebat
Lascivulus Cupido.

Hoc omne tiro clanclum
Per rimulas videbat,
Submissus atq; sape
Cachinnulos premebat,
Submissus atq; sape
Adire preparabat,
Submissus usq; tandem.
A. 3.

Fores

*Fores per introibat,
Oblasitudinemq;
Sellarias petebat.
Ubi repente Nympha
Surgit, venitq; velox,
Et sciscitatur, inde
Quid vellet? hacce dicens:
Quem, blandicelle tiro,
Quem, dico, praestolare?
Aut quem cupis videre?
Aut quid cupis tenere?
Mox indicato verbis.
Sic dixit, ac ocellis
Limis nigros ocellos
Tironis implicabat,
Nymphaq; quos ocellos
Limos nigris ocellis
Et tiro complicabat,
Mox ora sic resolvens:
O blandicella Nympha,
O Nympha blandicella,
Quem praestolor, fatebor:
Videbo quem, fatebor:
Tenebo quem, fatebor:
Hunc rivuli liquorem,
Hunc praestolor laborans,
Et si licet videre?
Et si licet tenere?
Ate, tenella Nympha,
Ate petendo posco
Hunc rivuli liquorem,
Quem praestolor laborans.*

*Sic dixit, ipsa risit,
Et, quid moraris anceps
Cupita, tiro? dixit.
Et quid videre quæris,
Et quid tenere quæris,
Et quid licere quæris,
Et quid petendo poscis
Cupita, tiro? dixit.
Habeto sponte, dixit.
Dixit, gradusve pernix
Ad rivulum ferebat,
Hauriret ut liquores,
Quos hospes appetebat.
At interim Cupido,
Petulcus iste nequam,
Heus, inquit, Ida mater,
Quis hospes hic novellus
Accessit antra nostra?
Quid ille fabulatur
Nymphâ? sagittularum
Num comperire vires
Cupit? cui sed Ida,
Ut cedat, imperabat.
Donec liquoris undam
Gustasset, ac quid inde?
Hic jussa mox capeffens
Post terga se locabat
Ida, furensq; furtim
Aurarijs sagittis
Lunabat ipse arcum,
Per brachiumq; matris,
Quod stabat instar anse,*

Fig-

Figebat arte telum,
Collimat & latenter,
(sed matre nesciente)
Ad hospitis novelli
Pectusculum tenellum,
Ad corculum rubellum
Hei! hospitis novelli
Collimat iste nequam.

Jam jamq; tela promens,
Hei, Nympha cum liquore
Jam jamq; pocla tradens
Heu, inquit, venibat,
Intervenibat, inquam,
Ictum furore teli,
Ignara talis ictus,
Ictuq; sic ut uno
Tironis atq; Nymphae
Perpurpurata corda
Sagitta perforaret,
Ambosq; sic ut una
Sagitta copularet,
Ambosq; sic ut una
Sagitta conjugaret.
Unaq; sic ut ambo
In intimis medullis
Flammâ voracioris
Amoris astuarent.
Unaq; sic ut ambo
In omnibus medullis
Ingente præ calore
Amoris hesitarent,
Ingente præ dolore

Amoris ejularent,
Ingente præ furore
Nec sic modo valerent,
Ut flammeam sagittam
Per corpus arcuatam
E corculis moverent.

Quod Cypris alma statim
Sentit, videt, vocatq;
Heu, nostra Nympha! Nympha!
Heu, quid, petulce nate?

Quid igne suscitasti
Ignes, petulce nate?
Hoc illicet Lyæus
Audit, videt, vocatq;
Heu Nympha! nostra Nympha!
Heu, quæ, petulce nequam?
Quæ facta perpetrasti
Telis, petulce nequam?
O te Dij Deaq;
Perdant, Cupido, clamat.

Clamat, simulq; matre
Expostulabat acer,
Acer simulq; natum
Manus petebat ictu,
Quem parvulus Cupido
Arcu reciprocabat,
Illusione scite
Risusq; temperabat.

At ne periret ager
Amore vulneratus,
Et ne periret agra
Amore vulnerata,

Ambo

*Ambo Venus, Lyæus
Pellunt moram, volucres
Ad sauciata corda
Currunt, citoq; nudant,
Perpenderent sagittæ
Ut sauciationem.
Ibi novellus hospes
Vix vix labella solvens,
Heu, inquit, uror omnis
Uror furoris aestu,
Flammis amoris uror.
Me me, Venus, beato,
Hanc hanc, Venus, teneto,
Incendium rigato,
Sic inquit, illa contra:
VAH! sentio, quod URIS,
Uris furoris aestu,
Flammis amoris uris.
Sed PELLE basiorum
Communicatione,
Et pelle suaviorum
Negotiatione,
Nympheq; cum propinqua
Exosculatione.
Et, Nymphe, tu propinquum
EN MOX CIBA furentem
Cum basiatione,
Cum suaviatione,
Cum morsificatione,
Cum lingulatione
AH hunc RIGA furentem.
Ut ambo sic per oscula*

*Sedetis hos dolores.
Ambos subit ru bedo,
Suspirijsq; multis
Accissat ipse tiro,
Suspirijsq; magnis
Accissat ipsa Nymphe.
Fubente donec Idâ
Tiro pudore tinctus
Nymphe propinat osculum,
Osculo mox in ipso
Hec blanda verba profert:
O Nymphe turturilla,
O Nymphe pumililla,
Nunc mi tuis labellis
Et osculum propina,
Ut igneum furorem
Cordis mei levarem.
Fac, rore basiorum,
Fac, imbre suaviorum,
Ut cordis estuantis
Incendium rigarem.
Fatus. Sed illa casto
Genas pudore spargens,
Sum tota mancipata,
Sum mancipata tota,
Inquit, tibi sagittæ
Per vulnerationem.
Cum basioq; suavi
Hec blanda dicta miscet.
Et admovebat ultrò
Se, se pudenter audax
In brachium tenellum*

Tiro.

Tironis implicabat.

Quot tuncjocum videbam!

Quot basium videbam!

Quot suaviu[m] videbam!

Quot suctuum videbam!

Quot astuum videbam!

Quot halitus videbam!

Eheu, puella parce,

Tiro vocabat, eheu!

Mox submove labellum,

Hoc flammeum labellum,

Quo mi furentis astus

Cordis magis magisq[ue]

Auges, magisq[ue] torres,

Magis peruris, ut nil

Planè mihi supersit,

Quàm nunc eam favillas,

In parvulas favillas.

O felle suavitudo!

O melle amaritudo!

Tiro vocabat. Illa

Mox submovet labellum.

At ille, quid? labellum

Quid submoves? ab ore

Os quid repente vellis?

Profer labella, profer

Hoc flammeum labellum,

Me perpetimq[ue] torre

Hoc igne basiorum.

Nam me juvat perire

Hoc igne suaviorum.

Repente rursus ora

Ori puella figit,

Et hinc & inde morsu

Parcente labra vellit,

Et hinc & inde linguâ

Labella bella libat.

Tot inter osculorum,

Et mille basiorum,

Et mille suaviorum,

Proh, mira quae fiebant!

Ambo fluunt in unum

Corpus, labris labella,

Femurculis femurcla,

Pedusculis peduscli

Miscentur, & coherent,

Nasonis ille sicut

Hermaphroditus, atq[ue]

Nasonis illa Nais,

Quos unda jungit ambos,

Nec sunt duo, duplex sed

Est forma: nec puella,

Nec tiro nuncupatur.

Cunctis tamen puella

Et tiro nuncupatur.

Hec acta cernit unâ

Bacchus, Venus, Cupido,

Mirantur haec & ipsi,

Mirantur atq[ue] corpus,

Mirantur atq[ue] formam,

Mirabilemq[ue] formam.

Hinc tinnulis cachinnis

Cupido quassat auras,

Quid, inquit, hocce monstri?

B

Nam

Num nostra tela tale
Monstrum ferunt, creantq?
Inquit, manuq, partes
Harentium per omnes
Vagatur huc & illuc,
Quariturve curiosus,
Discriminis quid esset
Inter papillarum
Globos, an hic an ille
Forma sit aptiori?
An dexter, an sinister
Forma sit albiori?
An praestet hic, an ille
Forma rotundiori?
An praestet hic, an ille
Tumore grandiori?
An praestet hic, an ille
Tumore molliori?
Rubens an haec papilla
Rubentior sit illa?
Rubens an haec papilla
Sit major, an sit illa?
Explorat atq, sensim
Illam viam beatam,
Quae sic globos gemellos
Discriminabat apte.
Explorat, ajo, furtim
Ego, novi quid esset?
Videbo, sed Cupido:
Quid tu videre quaris?
Quis te tulit per ades?
Inquit, furens & in me

Torquere tela ponit.
Hei! me repente saevus
Circumstat horror, omnes
Per angulos recurro
Jam semimortuusq,
Fugam per antra quaero?
Et sic tremore tanto,
Et sic agone tanto,
Et motione tanta,
Erumpor e sopore,
Adhucq, semisomnis
In lectulo pererro,
Laboro, meq, tollo,
Et brachio levatus
Hac somniata cuncta
Volvo, revolve mecum.
Tum Cynthiae caballi,
Argentei caballi,
Argentum trahabant
Currum, viamq, lactis
In splendido theatro
Magni Jovis tenebant,
Et splendido Boote,
Heliceq, Perseoq,
Cygnog, Pegasog,
Argenteaq, tota
Cum syderum caterva
Mundi theatra tota
Candore candidabant,
Fulgore luminabant.
Nec Pandiona dulcis
Cum cantione dulci

Tacet

Tacet, sed arte multos
Fingit modos canendi,
Ab arborisq; ramo
Cum suave gutturillo,
Cum dulce murmurillo,
Cantillat, atq; promit.

Quâ cantione suavi
Demulceor, vicissim
Et obruor sopore,
Vix vix oculos potis sum,
Mox moxq; sed relabor,
Et summa corda mento
Nutans ferire cogor.

In his Talassionis,
Dei puellularum,
Deiq; nuptiarum,
Vultum mihi ferebat
Morpheus locutione:

Quid somnolente dormis?
Heus? surge, sume pennam,
Et candidam papyrum,
Loliginisq; succum,
Et finge, funde versus,
Versus amoris illas,
Versusq; nuptiales,
In nuptias puellæ,
Tironis atq; quos jam
Sopore somniasti.
Nam veriora vero
Sunt hæc somniata.

Virgo tui parentis
In æde, qua liquorem

Curat, colit, Lyei,
Est Nympha, Nympha vera
Tirone cum Themistæ,
Quos aureâ sagittâ
Cupido sauciavit,
Et Cypris ipsa vero
Amore colligavit,
Ut corpus hoc in unum
Conglutinentur ambo,
Injuriâ nec ullâ
Et dejugentur ambo.

Heus ergo somnolente,
Prorumpere, sume pennam,
Et candidam papyrum,
Loliginisq; succum,
Et finge, funde versus
Versus amationum,
Versusq; nuptiarum.

Dixit, manuq; frontem
Mî percutit, celerq;
Procul volat per auras.

Exuscitor. Fenestras
Fulgore lucis intrat
Musis amica semper
Aurora, pallidamq;
Polo movebat umbram.

Me suscito, memor sum
Jam jamq; somniati;
Nec immemor rependo
Priora somniata.

Stant cuncta lance justâ.
Surgo, logisq; seris

Dei

Dei Talassionis
Credo, meamq; Musam,
Tenellulamq; Musam,
Musamq; leniorem,
Musamq; castiorem
Lacesso, sumo pennam
Et candidam papyrum,
Loliginisq; succum,
Et fingo, fundo votum,
Votum pereenne fingo,
Et Trinitate fundo:
HERUS vigesce sanus,
HERA valesce sana,
JUGAL' IN OMNE PACE,
Non felle, melle LIBA.
Hoc Sponse, sponsa, finxi,
Hoc Sponsa, sponse, fudi
Nec frustra, Sponse, finxi,
Nec frustra, Sponsa, fudi.
Nam veriora vero
Sunt verba nunciata
Dei Talassionis.
Qua comprobat tabella

Tabella nuptialis,
Tabella missa Plissam,
Ad nuptias vocans me.
Cujus loco remitto
Hac somniata dictis,
Et dictitata somnis.
Et somniata scriptis,
Et scriptitata somnis,
Ut dictitata scripta,
Et scriptitata dicta,
Mei loco remitto.
Vos hospites vocati,
Ad nuptias vocati,
In musteos maritos
Vestrum litate votum,
Ego vocatus hospes
Absens, sonore praesens,
Conclamo voce magna:
FAXIT JEHOVA, FAXIT.
Conclamo voce magna
Absens, sonore praesens,
Ego vocatus hospes:
FAXIT, JEHOVA, FAXIT.

F I N I S.

LIPSIÆ Excudebant Hæredes Valentini am Ende.

[Pan. Vol. 169 verso]

[Pan. Vol. 169 verso]

Jd 7121

ULB Halle 3
004 185 420



f
sb.

Slk. 13 / 14 / 19 = ZDB-Auftr.

ZDB ✓
Retro ✓
VOA ✓


Com



et supra scriptum est
 in libro regum in sum
 mo cum in anno primo
 dicitur in libro regum
 anno primo in anno
 primo in anno primo
 in anno primo in anno
 primo in anno primo
Hic est effectus
 in anno primo in anno
 primo in anno primo
 primo in anno primo
 primo in anno primo
Omnis effectus
 in anno primo in anno
 primo in anno primo
 primo in anno primo
 primo in anno primo
Effectus in anno
 primo in anno primo
 primo in anno primo
 primo in anno primo
 primo in anno primo

in anno primo in anno
 primo in anno primo
 primo in anno primo
 primo in anno primo
In anno primo in anno
 primo in anno primo
 primo in anno primo
 primo in anno primo
 primo in anno primo
Omnis effectus in anno
 primo in anno primo
 primo in anno primo
 primo in anno primo
 primo in anno primo
Effectus in anno primo
 in anno primo in anno
 primo in anno primo
 primo in anno primo
 primo in anno primo





34 an 40 4121

IDO
 soMnIs
 per
 thorum,
 chorum,
 forum,
 TIAS
 Simi VIRI
RIEHELIS
 rtrantiensi Anti-
 nmatei
 ONSI,
 &
 dicissima q^{ue} Virginis
GINÆ,
 I GREGORII BAC-
 nates Senatoris & Phar-
 ritifs. relictæ filia
 ONSÆ,
 esentans,
 ISUS,
 ODATUS,
 A
DÖRINGIO DRES.
 Sponsæ amitino.

